

# Liber

2. Cor. 3 tunc autem facie ad faciem. Item dicit. Nos autem reuelata facie gloriam domini contemplantes in eamdem imaginem transformamur de gloria in gloria tanquam a domini spiritu: hoc est quod fit de die in diem.

¶ Job. 3 bene proficiens. Apud autem iohannes. Dilectus simus inquit nunc filii dei sumus: et nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparet similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicut est. Hinc apparet tunc in ista imagine dei fieri eius plena similitudinem: quando cius plena perceperit visionem.

Possit etiam hoiem corpore imaginem dei accipere: namque verbum caro factum est: cuius immortalitatem oes sancti conformabuntur. Sa. XVIII.

Quam possit hoca iohanne apostolus etiam quod de immortalitate corporis dictum videtur. Et in hac quaque similes erimus deo sed tantummodo filio quia solus in trinitate corpus accepit: in quo mortuus resurrexit: atque id ad superna peruerxit. Nam dicit etiam ista imago filii dei: in qua sicut ille immortale corpus habebimus: conformes facti in hac parte: non prius imaginis: aut spiritus sancti: sed tantum filii: quia

Job. 5 de hoc solo legitur: et fide sanissima accipitur. Verbum caro factum est: propter quod apostolus Roma. 8 Quos autem inquit preceperit et predestinavit conformes fieri imaginis filii sui: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Primogenitus utique a mortuis: nam cuncte apostoli: qua morte seminata est caro eius in cōtumelia: resurrexit in gloria. Secundum hanc imaginem filii cui pro immortalitatem transformamur in corpore: etiam

Ibidem illud agimus quoddicet id est apostolus. Sicut portauimus imaginem terreni: portemus et imaginem eius qui de celo est: ut scilicet nam adam mortales fuimus: nam christum immortales nos futuros fide vera et specula: firmaque tenemus. Sic enim nunc eandem imaginem portare possumus: nondum in visione: sed in fide: nondum in re: sed in spe. De corporis quippe resurrectione tunc loquebat apostolus cum hec diceret.

Qua sui parte homo ad imaginem et similitudinem dei factus sit. ad quam proficiendo renouatur.

Capitulum XIX.

a. Vero illa imago de qua dictum est. Faciamus hoiem ad imaginem et similitudinem nostram: quia non dictum est ad mea vel ad tuam: ad imaginem trinitatis factum hoies credimus: et contra potuimus inuestigatone comprehendimus. Et ideo nam hanc potius et illud intelligendum est: quod ait apostolus iohannes. Similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicut est: quod

Job. 3 de illo dixit de quo dixerat: filii dei sumus. Et immortalis carnis illo perficie momento re-

surrectiois: de qua ait apostolus paulus. In ictu oculi s. Cor. 15

li: in nouissima tuba: et mortui resurgent incorrupti et nos immutabimur. In ipso natu ictu oculi ante iudicium resurget in virtute: in incorruptione: in gloria corpus spirituale quod nunc seminatur in infirmitate corruptione: et tumelia corpus animale. Imago vero que renouatur in spiritu mentis in agnitione dei: non exterius sed interius de die in die ipsa proficiet visione que tunc erit post iudicium: facie ad faciem: nunc autem proficit per speculum in enigma. Propter cuius perfectionem dictum intelligendum est: similes ei erimus quoniam videbimus s. Cor. 15

eum sicut est. Hoc ei donum tuum nobis dabitur cum dictum fuerit. Venite benedicti patris mei possidete paratum yobis regnum. Tunc quippe tolleretur impius ut non videat claritatem domini: quoniam ibunt sinistri in supplicium eternum: euntibus dextris in vitam eternam. Hec est autem sicut ait scriptura vita eterna: ut cognoscant te inquit unum verum deum: et quem misisti Iesum Christum. Hanc contemplationem sapientiam quam proprie puto in litteris sanctis a scientia distinctam: sapientiam nuncupari daturat hominis: que quidem illi non est nisi ab illo cuius participatione vere sapiens fieri mens rationalis et intellectualis potest. Cicero comedans in fine dialogi hortensij. Que nobis inquit dies noctesque considerantibus acuentibusque intelligentiam que est mentis acies cauentibusque ne quando illa hebescat: id est in phobia viuentibus magna spes est. Aut si hoc quod sentimus et sapiimus mortale et caducum est: iocundum nobis per functiones munera bus humanis occasum: neque molestam extinctionem et quasi quietem vite fore. Aut si ut antiquis philosophis maximis longeque clarissimis placuit eternos animos ac di nos habemus: sic existimandum est quo magis his fuerint semper in suo occursum: id est in ratione et inuestigandi cupiditate: et quo minus se admiscuerint atque implicuerint hominum vitiis et erroribus hoc vel his facilitate ascensum et redditum in celum fore. Deinde addens hanc ipsam clausulam repetendoque munem finiens. Quapropter inquit ut aliqui terminent oratio: si aut extinguiri tranquille volumus cum his artibus vivemus: aut si ex hac in aliam haud paulo meliorem domum sine mora demigrare: in his studiis nobis omnis opera et cura ponenda est. hic miror: hoiem tantum ingenij: persuctis munibus humanis: hominibus in philosophia viuentibus: que contemplatione veritatis beatos facit: iocundum permittere occasum: si hoc quod sentimus et sapimus mortale et caducum est: quasi hoc moriat et intercedat quod non diligebamus: vel potius quod atrociter odera

## XIII

mus: ut iocundus nobis sit eius occasus. **V**e  
rum hoc non didicerat a philosophis quos ma-  
gistris laudibus predicat: sed ex illa noua acade-  
mia ubi ei dubitare etiam de rebus manifestissi-  
mis placuit: ista sententia redolebat. **A** philo-  
sophis autem sicut ipse confiteat maximis longe  
et clarissimis: eternos animos esse acceperat  
**E**terni qui per non invenienter hac exhorta-  
tione excitant: ut in suo cursu reperiatur cum  
**V**eneris vite huius extremum: id est in ratione et in-  
vestigandi cupiditate minusque se admisceant  
atque implicent hominibus vitiis et erroribus: ut eis  
facilior sit regressus ad deum. **S**ed iste cursus  
qui constituit in amore atque investigatione ve-  
ritatis: non sufficit misericordia: id est hominibus:  
cum ista sola ratione mortalibus sine fide media-  
toris. **Q**uod in libris superioribus huius ope-  
ris: maxime in quarto et xiii. capitulum potius de-  
monstrare curauit.

**E**xPLICIT liber quartus decimus.

**I**NCIPIT capitula libri quinti decimi.

- i De excellentia animi ad imaginem crea-  
toris sui conditi.
- ii De summo bono quod semper inuenien-  
dus queritur et quendam inuenit.
- iii Quid disputandum: quidue sit comprehen-  
sum precedentium ratione libroꝝ.
- iv In quarum rerum contemplatione summa  
trinitas inquirendas sit.
- v Omnia que de deo dignae dicuntur videntur  
posse in pauciora conferri ut nihil mi-  
nus dictum intelligatur.
- vi Quod etiam si unum aliquid eligatur ex  
multis: quod dignae appelleantur deus in  
una ipsa appellatione trinitas dicitur  
possit intelligi.
- vii Quid differat trinitas que invenitur in  
imagine dei a trinitate que deus est.
- viii Despeculo in quo per imaginem dei tri-  
nitatis eius virtusque intellectus conspici-  
tur.
- ix De enigmate et tropicis locutionibus
- x Quomodo per inspectionem verbi que  
est in cogitatione mentis humanae ad  
agnitionem verbi quod deus est aliquatenus possit accedi.
- xi Sicut verbum hominis significatur per  
vocem vel quodlibet iudicium corpo-  
rale: ita verbum dei manifestatum esse

- xii per carnem.
- xiii Quantum distent a vera et perfecta simi-  
litudine dei que in natura mentis ut  
cumque deo similia reperiuntur.
- xiv Descensio dei patris cui nihil cuiusque  
creature indicij conseruat.
- xv Desimilitudine et equalitate patris dei  
et unigeniti eius consubstantialis et  
coeterne.
- xvi Dissimile sit verbum nostrum muta-  
bile: a verbo dei incommutabili et eter-  
no.
- xvii An volubilitas cogitationis deo inesse  
credenda sit.
- xviii Despiritus sancto qui patri et filio equa-  
lis accipitur et virtusque spiritus dicitur et  
charitatis nostrarum intelligitur: cum quod  
libet in trinitate persona sit charitas.
- xix De excellentia charitatis quod ita ex deo  
est ut ipse sit deus.
- xx Qua ratione donum dei datur spiri-  
tus sanctus.
- xxi Contra eos qui unigenitum dei non pa-  
terne nature sed voluntatis filium  
esse dixerunt.
- xxii De similitudinibus trinitatis divine  
que in natura mentis ad imaginem  
dei facte reperiri virtusque potuerunt.
- xxiii Tria que sunt in imagine dei: id est me-  
moria: intellectus: et amor unius esse  
personae quia non hoc est ei esse quod  
hec habere.
- xxiv Vera in deo trinitate unitas: et quodve  
ratio eiusdem unitate sit trinitas
- xxv De his quinaturae mentis subtiliter  
intelligatur: et eam imaginem dei esse non  
sentiunt.
- xxvi Beatos faciat fides recta: etiam eos  
qui de naturis incorporeis nequeunt  
disputare.
- xxvii Interiualla temporum diuine trinitatis  
nulla sunt.
- xxviii Quid quodam sermone ad populum  
disputatum sit de differentia generatio-  
nis filii et processionis spiritus sancti.

**I**NCIPIT liber quintus decimus.